Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



uirę memores estis fragilitatis.
Topazius tanto preciosior quan
to rarius inuenitur: uirentem
habens speciem. sed omni colore
resplendens. Quia greca lingua
pandit omne. ideo topazius di
citur: quia omni colore resplen
det. Significat idem lapis sal
uatorem. in quo sunt thesauri
sapientię. & scientię abscondi
te. Et uos ipsi topazion estis.
& topazion in pectore porta
tis. si diuites estis in omni ope
bono. & in omni sapientia. &
estis ornati uirtutibus. Sma
ragdus uiridis est naturę ad
eo. ut omnium geminarum.
& herbarum uiriditatem trans
cendat. significat specialiter
xpm qui est uirens refectio.
significat. & ipsius electos qui
semper tendunt ad uirenti
a paradysi gaudia. ac per
hoc smaragdum et uos in pec
tore portatis. quando xpi
imitatores estis. & quando
transitoria contempnitis. &
sine fine mansura diligitis.
In secundo uersu erit. Carbun
culus. Saphirus. Yaspys. Car
bunculus dicitur: eo quod
sit ignitus ut carbo. qui etiam
nocte lucet. significans xpm.
qui deseat. Ego sum lux mun
di. significat & ipsius membra.
quia fulgebunt sicut sol in
regno patris. Qua propter di
lectissimi fratres carbunculum
portatis. & carbunculus estis.
si xpm imitando alicuius lu
cis exempla monstratis. Sa
phirus non est preciosus. sed
mysterio ualde preclarus.
& quia ipse speciem aeris ha
bet. bene illos significat. qui
celestem habent conuersati
onem. Et uos saphirum por
tatis si celum plusquam ter
ram diligitis. Yaspys uero
de greco in latinum. uiridis
gemma interpretatur. Yaspis
quippe uiridis est. unde gre
ci pynarum dicitur: & signi
ficat fidem sanctorum in mar
cescibilem. quia imitando xpm
sectantur. Et uos yaspis estis
si sanctorum patrum uestigia
imitamini. & yaspidem in
pectore portatis. si ea quę au
ribus percipitis. opere impleatis.
In tercio uersu erit. Lygu
rius. Achates. Amatistis. Ly

144